

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Reuerendis uiris, pietate, eruditione & fide praestantibus, D.D.N.N. &
N.N. artiú M. & pastoribus ecclesiae N. piè concordibus & constantibus, suis
fratribus charissimis

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

bus Deū in illa dulcissima patria nostra, in qua nā
 nere summo cum periculo uoluistis, cogitauī. Nec
 procul discedere potui: familiam tantum in oppi-
 dum Northausen duxi. Ego in iugis Hercinijs non
 inter feras erro: sed inter homines honestissimos, so-
 cios nostri luctus & doloris uersor. ibi exitum ob-
 sidionis expectare uolui. Nam quadam coniectura
 ducebar de tempore, ut corā narrabo. Cursorem
 meum ad uos misi, ut de statu oppidi, deq; uestris
 consilijs scribatis. Etiam si autem longius exilium
 erit suscipiendum: tamen colloqui antea uobiscum
 decreui. Optarem nos in eadem Academia uiuere
 posse, ubicunq; Deus sedem aliquam nobis attri-
 buet. Si istic manebit Pastor & Cruciger, de reditu
 & ipse cogitabo. Sed prius audiam, quid tu statue-
 ris, & quid mihi faciendum iudices. Omnino mihi
 morte acerbior est hæc distractio nostri cætus: &
 tamē ferendum est, quod mutari non potest. Quæ-
 so rescribite copiose. Vale, 26 Maij.

Reuerendis uiris, pietate, eruditione &
 fide præstantibus, D.D.N.N. & N.N. ar-
 tiū M. & pastoribus Ecclesiæ N. pie con-
 cordibus & constantibus, suis fra-
 tribus charissimis.

Reuerendi uiri, nota uobis uox est filij Dei, Do-
 mini nostri Iesu Christi, in ultimo precantis, *uobis*

τῶν πικρῶν λόγων διὰ τὸν λόγον αὐτῶν εἰς ἐμὴ,
 ἵνα πάντες εὖ ᾧσιν ἐν ἡμῖν. Cuius precationis effi-
 cacia haud dubiè, quicquid est piè concordie in:er-
 docentes, reliquum manet in Ecclesia in his diabo-
 li furoribus, conantis ita tetris dilacerationibus di-
 uellere consensum docentium. Gratias autem Deo
 agimus, quòd inter aliquos tamen coniunctionem
 animorum esse uoluit, quæ incorruptam Euange-
 lij doctrinam in his regionibus huc usq; conseru-
 uit: & precamur eundem Deum, qui est ipsa dile-
 ctio, ut piam consociationem alat & confirmet, &
 discordiam ex harum Ecclesiarum nidulis procul
 pellat. Cùm autem uos à multis annis sepe testati se-
 tis, nobiscum in Deo còcordes esse: petimus, ut hoc
 nunc quoq; manifestum faciatis, cùm N.N.N.N.N.
 N. & mihi publico ritu conferretur titulus docto-
 rum in Theologia, quòd Deo adiuuante, fuit septi-
 mo die Decembris, postridie Nicolai. Ad eam re-
 nunciationē publicam ut uos quoq; adsitis, & pre-
 ces uestras nostris adiūgatis, orātes ut Deus clemē-
 tissimus pater hoc nostrū institutū fortunet & gu-
 bernet, ut cedat ad gloriā nominis sui, & Ecclesia
 aliquam utilitatem, quanto possūmus studio et dili-
 gentiā à uobis cõtendimus. Eo quo officio promit-
 timus uobis perpetuam gratitudinem, studium, &
 animum paratū ad quæcunq; obsequia, quæ in hac
 tenuitate nostra à uobis præstari poterunt. Deo

uos commendamus. Data Viteberga, pridie An-
drea, 1559.

Reueredo uiro, eruditione & uirtute pre-
stanti, Domino N. N. pastori Ecclesie Dei
in inclyta arce Bremi, suo cha-
rissimo.

Reuerende uir, & charissime frater: Mitto tibi
& reuerendo uiro Kitelio propositiones Eberi, et
aliorum quorundam. Cumq; existimem uos ad pu-
blicam testimonij renunciationem & ad precatio-
nem communẽ uocari, queso ut huc ueniat: quod
eò facietis, quia quædam de publicis audietis, qua
scire uos refert. Vrbs Treuerica circumfessa est ab
Episcopo. Nunc audio deliberari de ea liberanda:
quod si fiet, metuo hoc bellum fore enitæ uis tra-
gædiæ annorum triginta. Oro autem filium Dei,
ut poenas leniat, & seruet Ecclesias, quarum uide-
mus in hac delira mundi senecta ingentes ærumnas
esse. Sed confugiamus ad Deum, qui dixit: Etiam in
senecta gestabo uos. Bene uale, & ueni. Die 19 No-
uembris: quo, hodie mane, filiulus, Dei beneficio,
meo genero natus est.

Reuerendo uiro, & c. D. Georgio Buch-
holtzer S. D.

Reuerende uir, & amice colende: Scio uobis nõ
desse consilium: & habere istic fideles homines,
qui